



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

20. An tota Vniversitas aut Collegium recusari valeat? quo tempore  
recusatio admittenda?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



est; sed & qui à Principe. *L. cit. apertissimi.* Quid tamen si nominatim & expresse ita datus sit, ne recusari possit, quod fit sub clausula, remotâ recusatione? Multi existimant delegationem non valere, quos sequitur *Zasius cit. apertissimi. num. 22. Gail: lib. 1. obs: 33. n. 4. & seq:* Verùm cum possit Princeps ita judicem dare, ne ab eo provocetur, *L. 1. §. ult. ff. à quibus appellare non liceat*, merito addubites, an non verior sit contraria Jasonis sententia *in cit. L. apertissimi num. 25.* quæ & Accursium auctorem habere videtur *in ead: L. verb: recusare.* Atque hæc jure Civili attento: quia Canonico jure spectato recusatio afficit tam Ordinarium, quàm Judicem delegatum ex communi DD.

20. An tota aliqua decuria, Collegium, aut Universitas recusari potest? Negat *Vivius 1. com. opin: verb. suspecti.* eumque sequitur *Gail: obser: 33. n. 2.* quia Baldo teste, *in L. hoc modo. ff. de condit: & demonst.* fraus præsumitur in eo, qui omnes Doctores Civitatis recusat. Verùm si quis omnibus justas suspicandi causas objicere possit, non video, qui minus universi, quàm singuli

recu-



recusari possint. *Boer. decis: 269. Gl. in cap. penult. de statu Monach cap. licet de foro comp. idemq; est si unus, aut pauculi suscipionis nota laborent; removeri debent. Fel: n. 1. de off. deleg: Et tum ex judicantium numero, & qualitate, ipsiusq; causæ circumstantiis colligendum erit, num remotis suspectis, in eorum numerum alii subrogandi sint? Abb. & alii passim. id quod similiter procedit quoad Commissarios datos, ad recipiendos & examinandos testes: recusari enim posse verius arbitramur, quia sunt delegati Judices *Gail: lib. 1. obs: 33.**

21. Cùm verò exceptio recusationis sit dilatoria ex communi: *per L. apertiissimi de jud: & simul declinatoria, libello conventionis reo tradito, sportulisq; præbitis, 20. dies justos habet, intra quos non deliberet modo, cedendum an contendendum sit, sed & rem, & Judicem suspectū, vel collegam ei adjungi petat. sup: nov. 53. cap. 3. utrum. duntaxat ante litem, an & post Judicem recusare licet? De hac controversia ita censemus: ex quibus causis Judex ante litem contestatam recusari potuit, eas post contestationem non audiri*

qui